& faciat centum modios hordei. siue ut hab& uir
in hebreo centuplum. Neque enim credendum est
quod patriarcha isaac. hordeo studuerit & non
frumento. usq. hodie uir ecclesiasticus iacob
glebas historiae & litterę duritiam confringit
in par tes & spiritaliter diuidit. ut possint fruges
reddere spiritales. Quod quidem & dnm fecisse
legimus. Ut quinq. legis panes quos integros po
pulus comedere non poterat. in frusta concerpe
r&. & per apostolorum manus uescendos creden
tibus dar&. quod autem dicit iuxta lxx robo
rabitur sibi iacob. ostendit sibi omnem laboran
tem laborare ut fructus capiat sempiternos.
Seminate uobis in iustitia & metite in ore mise
ricordiae. Innouate uobis nouale. Tempus autē
requirendi dnm cum uenerit. qui docebit uos
iustitiam. LXX. Seminate uobis in iustitia.
uindemiate uobis fructum uitae. inluminate uo
bis lumen scientiae. quaerite dnm donec ueniant
fruges iustitiae uobis. Seruat ab agricolis
semen coeptam translationem. Dixerit ephraim
uitulam edoctam trituram amare ac diligere & se
ascendisse super collum eius & arasse iudam. &
confregisse sulcos siue glebas iacob. Nunc prece
pit ut seminent sibi per poenitentiam. & seminent
in iustitia id est in lege. me tant que misericor
dia id est gratia euangelii. Ibi enim oculum
pro oculo. dentem pro dente. hic legimus qui te
percusserit maxillam in dexteram. prebe ei & alte
ram. Cumq. seminaueritis in iustitia & messueri
tis in misericordia. inuocate uobis laeta noualia.

Redditq. causas cur seminent. cur metant. cur
innouent laeta noualia. tempus autem requi
rendi dnm est. Cum uenerit xps atque saluator
qui docebit uos iustitiam quam nunc speratis in
lege. finis enim legis xps ad iustitiam omni ope
ranti bonum. pro eo quod nos diximus metite
in ore misericordiae. lxx transtulerunt uin
demiate in fructum uitae. magisq. semini con
uenit messio quam uindemia. fructus autem
uitae ipse est. qui & lignum uitae. & pro eo quod
nos posuimus innouate uobis nouale. illi uer
terunt inluminate uobis lumen scientiae. ut ex
operibus atq. mandatis. legis notitiam habere
mereamur. Iuxta illud quod in quodam libro
legimus. desiderasti sapientiam. serua manda
ta. & dns dabit eam tibi. Qui enim mandata in
opere uerterit. seminat in iustitiam & met&
fructus uitae. unde & alibi legimus mandatū
dni lucidum inluminans oculos. & isaias ad dnm
dicit. lux precepta tua super terram. & in alio
loco. a mandatis tuis intellexi. his quoque
qui ab eccta separati sunt & falsum sibi xpiano
rū nomen adsumunt precipitur ut agant poeni
tentiam. & utrumq. recipiant testamentum. In
ueteri iustitiam seminent. in nouo met& ant mi
sericordiam. & inluminent sibi lumen scientiae.
siue innouent noualia & requirant dnm qui do
cere eos potest ueram iustitiam falsosque ma
gistros destruant a quibus non discunt iustiti
am. sed iniquitatem.
Arastis impietatem. iniquitatem messuistis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0097